

auf Andesit-Felsen (19. Mai 1921). Sehr interessant ist das Vorkommen von *Stereodon subrufus* var. *sericea* B. E. in einer Höhle des Öregszirt (Velka Skala) ober Kesztlőc, 15—16 M. vom Eingang entfernt, auf Dachsteinkalk 470 M. ü. d. M., 13. Juni 1921. — *Seligeria paludosa* (L.) Hagen entdeckte ich am 30. Juni 1921 bei dem Bach Bükkös-patak und Stara voda ober Szent Endre auf verwitterter Oberfläche der Andesitfelsen.

Endlich folgen kritische Bemerkungen über *Ptychodium decipiens* Limpr. und die Mitteilung der Entdeckung eines für die ungarische Flora neuen Moores.

A) In der *Tatry Polskie*, in der Gegend des Zadny staw (Tal der Piec stawow Polskich) auf trockenen Granitblöcken, 1886 M. ü. d. M. (16. Aug. 1910); 2. auf dem Zawrat, auf Gneiss, 2100 M. ü. d. M. (16. Aug. 1910); und

B) auf der ungarischen Seite der Hohen-Tátra im Mengsdorfer Tal, zur Meeraugspitze gehend ober den Frosch Seen c. 2100 M. ü. d. M., auf exponierten Granitfelsen (18. Sept. 1910) sammelte ich *Ptychodium decipiens* — in mit dem Limpricht'schen Exemplaren ganz übereinstimmenden Exemplaren — was also für die ungarische Seite neu wäre (von Limpricht beim Morskie Oko gesammelt). Nach der Meinung W. Mönkemeyer's „Ist Limpricht's *Ptychodium decipiens* jedenfalls nur eine fo. (*granitica*) von *Lescurea saxicola*“ (in litt. Febr. 1913). Die xerophytischen Einrichtungen dieses Moores werden eingehender besprochen.

Als neu für Ungarn erwähne ich *Ctenidium procerrimum* Mdo. das ich auf den Jaworfelsen im Tycha Tale am 14. Aug. 1910 und 5. Juni 1913, 1590 M. ü. d. M. (substr. Kalk) gesammelt habe.

Adnotationes criticae ad floram Bacillariearum Hungariae. I.

Auctore: B. Cholnoky (Szeged).

Herr Mágócsy-Dietz hat dem Herrn Györffy Moose zur Determination übergeben, unter diesen befanden sich zwei Blätter mit Algen aus dem Herbarium Hazslinszky, die zur Bearbeitung zum Verfasser gelangten.

Beide Blätter sind von Márkus gesammelt worden, der dieses Material auf Papier getrocknet und so eine Methode der Conservierung gewählt hatte, die gar nicht geeignet ist die Algen unversehrt zu erhalten. Die Standortsangaben hat — leider sehr mangelhaft — Hazslinszky darauf geschrieben. Die Inschrift des ersten Blattes ist „*Cymbella ventricosa* Ag. mit *Gomphonema* u. a. Diatomaceen. Neusohl. l. Márkus“ und der Inhalt ist ein

anscheinend mit den Fingern zerriebener graugrüner Schlamm, in dem zum Teil wegen der Aufschmierung, zum anderen Teil wegen des Trocknens und der Biegungen des Papiers die Bacillarien ziemlich viel gelitten haben. Auf dem zweiten steht: *Cylindrospermum macrospermum* Ktz. Beszterczébánya, Felsőgát I. Márkus“, und ist viel vorsichtiger behandelt, als das erstere, weil der bis zur Unkenntlichkeit zu Grunde gegangene Rasen des *Cylindrospermum* nicht geschmiert, sondern auf das Papier aufgezogen wurde und so die Bacillarien-Schalen in viel besserem Zustande erhalten geblieben sind.

Leider finden wir auf dem ersten viel reicheres Material enthaltendem Blatte keine nähere Standortsangabe und so können wir nur aus der darauf befindlichen Bacillarien-Flora auf den Standort folgern. Wie es aus dem folgenden ersichtlich ist, handelt es sich wahrscheinlich um einen mehr oder minder schnell fließenden, nicht tiefen Gebirgsbach, wie sich solche in grosser Zahl in der Gegend von Beszterczébánya finden und die der scharfblickende Márkus oft aufgesucht hat, wie es aus seinen von Hazslinszky mitgeteilten Ergebnissen zu ersehen ist (Beszterczébánya vidékének moszatviránya. Math. Termtud. Közl. VI. 139.) Die Bacillarien aus diesem Material habe ich mit (I) bezeichnet. Die Standortsangabe des zweiten Blattes sagt viel mehr, obwohl wir von den oikologischen Verhältnissen auch bei diesem keine Aufklärung bekommen. Die aus diesem Materiale herstammenden Arten sind mit (II) bezeichnet.

Es muss bemerkt werden, dass ich in der nachstehenden Zusammenstellung die Arten, welche aus Ungarn bisher nicht bekannt waren mit** und diejenigen, die für die Gegend von Beszterczébánya neu sind, mit einem* bezeichnet habe.

Die Vergrößerung unserer Figuren ist 900-fach. Ausnahmen sind fig. 8, 9, 26, die 1200-mal, und fig. 46, 47, die 600-mal vergrößert sind.

Diatoma vulgare Bory var. *productum* Grun. (celfl)¹⁾ Verosimiliter varietatem hanc ipse Márkus vidit, nam l. c.: 142 scripsit, de *Diatoma vulgare* „Beszterczébánya környékén igen közönséges és változó faj.“ Ab auctoribus hungaricis forsán pluries cum typo confusa. (I.) — fig. 1.

**Grunowia obtusa* (Kg.) var. *Delognei* Grun. Certe ad hanc var. pertinet „*Grunowia obtusa*“ Pant. Bal. 108, sec. diagnosem et figuram. Ab auctoribus aliis ex Hungaria non descripta. (I.) — fig. 4.

**Fragilaria mutabilis* (W. Sm.) Grun. Pant. Bal. 96 nomine iniusto utatur, nam *Fragilarta pinnata* E. solum pro p. est identica cum *Fragilaria mutabili* (W. Sm.) Grun. (II.) — fig. 5.

¹⁾ (celfl) — planta aquae celeriter fluentis; (cmfl) — planta aquarum montanarum celeriter fluentium.

**Fragilaria parasitica* Grun. var. *subconstricta* Grun. (Epiphyton algarum in aquis fluentibus.) Auctores hungarici varietatem cum typo forsan pluries confuderunt, a quo certe distinguenda est. (I) — fig. 6.

Synedra longissima W. Sm. var. *vulgaris* Meister Certe ad hanc speciem et pro p. ad hanc varietatem pertinet „*Synedra biceps*“ Pant. Bal. 92., sed auctor addit, valvam huius speciei „nonnunquam in medio a stauro transverso, nudo, hyalino“ interruptam esse, quod apud hanc speciem non accidere potest. (I) — fig. 47.

S. ulna E. var. *aequalis* (Kg.) Brun. In litteratura hungarica solum apud Tömösváry, MNL. III. 151, sed hanc varietatem, in hac materia nunquam ad alias varietates huius speciei vergentem, auctores forsan confuderunt (I) — fig. 7

***Achnanthes Clevei* Grun. apud Cl. et Grun. Arkt. Diat.: 21. Species arctica et alpina, a Grun. in l. c. descripta ex Grönlandia occidentali prope Billingen et in Europa a Cl. in Syn. 186 Gulf Bothnia at Tornea; Migula in Thomé Kryptogamenflora Bd. II., I. Teil: 210 ex montibus Riesengebirge; Schönfeldt in Pascher Süßwasserflora sec. Hustedt ad Oberneuland prope Bremen detecta. Haec species itaque maxima in contentione est cum borealibus Bryophytorum speciebus, plantarumque vascularum in regione alpium Tatraënsium crescentium. Dolendum est, ut in materia (I) videbam, quae, ut superior dixi, descriptionem propriorem loci lectionis non habet. Exemplum unum vidi optimum et nonnullas valvas laceratas. Longitudo valvae est 16 μ , latitudo 8 μ , et diagnosibus omnibus addendum est, ut puncta ultima striarum valvae superioris reliquis robustiora, maioraque sunt. (I) — fig. 8. (epithecā), 9. (hypotheca).

A. lanceolata (Bréb.) Grun. var. *dubia* Grun. (celf.) Ab auctoribus hungaricis raro descripta. In nostra materia typo multo frequentior. Potest, ut haec varietas nihil aliud, quam forma montana vel forma aquarum celerrime fluentium. (I, II) fig. 2. (hypotheca), 3. (epithecā).

Caloneis silicula (E.) Cl. var. *inflata* (Grun) Cl. forsan ad hanc var. pertinet pro p. „*Navicula limosa*“ Márkus l. c. 149. Ad hanc. var. pertinet „*Navicula silicula* E.“ Pant. Bal. 60. (II) — fig. 10.

***C. silicula* (E.) Cl. var. *ventricosa* (E.) Cl. Var. hanc invenit Gutwinski (Bull. Ac. Cracov. 1909. 490.) in lacu Dwoisty staw Gasieniczowy, itaque verosimile est eam etiam in locis aliis Hungariae borealis vivere. Cel. Meister (Kieselalg. d. Schweiz: 11) hanc var. injuste pro sp. descripsit, nam areae nudae transversae medinae latitudo maxime variat et formae cum area mediana angustissima varietatibus aliis speciei proximae sunt et fines certos inter hanc et varietates alias speciei invenire non potest. (I) — fig. 12.

Gyrosigma acuminatum (Kg.) Rabh. fo. nostra ad var. *curtam* (Grun.) Cl. pertinet, sed examinavi exemplarium unum, cuius longitudo $92\ \mu$, latitudo $15\ \mu$ est et strias 20 habet in $10\ \mu$, itaque medium tenet inter var. *curtam* et var. *lacustrem* Meister et hoc modo has var. solum temporales esse certum videmus, eo magis, quia var. haec solum in dimensionibus differunt. (var. *curtae* longit. $60-90\ \mu$ est). (I, II).

**Stauroneis anceps* E. var. *amphicephala* (Kg.) Cl. Certum censeo ad hanc var. pertinere „*Stauroneis anceps* E.“ Pant. Fertő: 14. (II.) — fig. 13.

**Navicula cincta* (E.) Grun. Verosimiliter ad hanc speciem non pertinet: *N. cincta* Lacsony B. K. XV. 163, nam auctor indicat lat. $8\ \mu$, et huius speciei lat. maxime $6\ \mu$ est. Non ad typum sed ad var. *Heufleri* Grun. pertinet „*N. cincta*“ Pant. Bal. 39, a qua species nostra typica certe distinguenda.

N. dicephala (E.) W. Sm. Specimina nostra solum 9 str. in $10\ \mu$ habent, itaque aliquot pauciora quam typus. Diagnosibus auctorum addendum striae in medio ad lateras areae medialis aliquanto distantiores. (II.) — fig. 38.

**N. Hungarica* Grun. var. *humilis* (Donk.) Grun. Long. in exemplariis nonnullis $26\ \mu$, itaque longitudine ab auctoribus data ($16-24\ \mu$) paulo longior. (I, II) — fig. 20.

N. lanceolata (Ag.) Kg. var. *tenella* Cl. Var. haec a typo — quo cum forsán Istvánfi in Bal. 67, alique Hung. auct. confuderunt — certe distiguenda, nam ab eo non solum in dimensionibus sed in *relatione* dimensionum etiam differt. Forsan ad var. hanc pertinet autam Márkus l. c. 148, „*N. lanceolata*“ pro p., vel omnino. (I) — fig. 17.

**N. mutica* Kg. var. *Göppertiana* Grun. Meister l. c.: 128 addit, „*Naviculam muticam* Kg?“ Grun. ZBG. X. 538 ad hanc var. pertinere. Censeo Grun. aliam speciem vidisse, nam nec aream mediam characteristicam, nec punctum unilaterale separatum in figura sua delineavit et nequidquam verosimile est auctorem tantopere sagacem errorem adeo gravem fecisse. (I) — fig. 21.

**N. pseudobacillum* Grun. Non ad hanc sp. pertinet „*N. pseudobacillum*“ Quint, BK. IV 152, nam exemplum suum pro $32-45\ \mu$ $72\ \mu$ longum est, itaque probabiliter ad *N. bacillum* E. inserenda; forsán non ad hanc speciem pertinet „*N. pseudobacillum*“ Pant. Bal. 61, qui specimina pro $10-15$ tantum $7\ \mu$ lata vidit. (II.) — fig. 14.

**N. Roteana* (Rabh) Grun. Species alpicola; forsán in alpibus cunctis nostris vivit. In regione oppidi Besztercebánya itaque in loco sat depresso reperitur. (I) — fig. 26.

**N. salinarum* Grun. var. *intermedia* (Grun.) Cl. Forsán ad hanc var. pertinet, si non ad aliam sp. — nam striae medianae alterne longiores brevioresque non delineavit — *N. salinarum*

Grun. var. *gracilior* Lacšny (BK. XVI. 13) quae sec. auct. a hac varietate solum in apicibus „valde attenuatis rotundatis“ non capitulatis differt; ego vidi autem permulta specimina non, vel subcapitata, quae sensim alter in alterum transeunt. Auctores hungarici certe pluries cum *N. cryptocephala* Kg. confuderunt, a qua striis medialibus maxime differt.

N. viridula Kg. var. *avenacea* (Bréb.) V H. Longitudine maxime variabilis, ut figurae docent. Forsan Márkus l. c. 150 cum typo confudit. (II) — fig. 15. 16.

**N. gracilis* E. var. *schizonemoides* V H. Vidi exempla striis medialibus non aequaliter longis. (I, II) — fig. 37.

**Pinnularia molaris* (Grun.) Cl. Forsan ab auct. pluries cum *P. Brébissonii* (Kg.) Rabh. confusa, ab ea bene distinguitur striis non tantum radiantibus et multo numerosis in $10\ \mu$. Auctores saepe inepte describunt striae parallelas esse, nam hae solum non tantum radiantes sunt quam ille *P. Brébissonii* (Kg.) Rabh., sed non parallelae! Ceterum videtur planta regionis montanae et subalpinae esse. (II) — fig. 10.

**Gomphonema angustatum* (Kg.) Grun. var. *sarcophagus* (Greg.) Grun. (celfl.) Videtur cum sequente incola aquarum montanarum et subalpinarum esse. (I) — fig. 22.

***G. angustatum* (Kg.) Grun. var. *subaequale* Grun. (cmfl.) Ut figurae nostrae 22 et 24 docent, var. hae maxime affines, si non identicae sunt, sed. transitum inter duas var. non vidi. (I) — fig. 24.

G. Augur E. Forsan. non ad hanc. sp. pertinet „*G. Augur*“ Istvánffi Bal. 80, nam pro $9-14\ \mu$ addit latitudinem $18\ \mu$. Nescio, quid Pant. Bal. 73 vidit, nam non solum figura sua differt a descriptione sua, sed etiam differunt figura et diagnosis l. c. data a figuris et diagnosibus cunctis auctorum (I.) — fig. 24.

**G. intricatum* Kg. var. *pumilum* Grun. (celfl.) Ex Hungaria solum ap. Schaarschmidt, MNL. VI. 41. Videtur forma monta et subalpina speciei esse. (I) — fig. 27.

**Cymbella cuspidata* Kg. Forsan ad *C. Ehrenbergii* Kg. pertinet *C. cuspidata* Istvánffi, Bal. 65, nam specimen suum $40\ \mu$ latum esse indicat pro $14-27\ \mu$ (II) — fig. 25.

C. leptoceras (E.) Grun. Certe ad hanc sp. spectat *C. austriaca* Pant. Fertő 13, sec. dimensionibus additis. (I) — fig. 28.

**C. tumida* (Bréb.) V H. (cmfl). Solum ap. Tömösváry MNL. III. 147, nam *C. tumida* Istvánffi Bal. 77 certe non ad hanc sp. pertinet, quia latitudinem $8\ \mu$ (pro $16-23\ \mu$) et longitudinem $25\ \mu$ (pro $50-105\ \mu$) indicat. (I) — fig. 36.

***C. turgidula* Grun Forsan haec sp. maxime variabilis pluries cum sp. aliis confusa. Long. et ratio dimensionum admodum mutabilis, sed formae typicae et formae breviores sen-

sim alter in alteram transeunt. *C. cistulam* Kirchn. ab hac sp. non potest distingui ex punctis separatis, nam specimina multa vidi cum uno et non pauciora cum punctis tribus vel pluribus. Inter species duas affines differentiae sequentes sunt:

C. cistula (Hempr.) Kirchn.
latitudo valvae 16—36 μ ,
striae in medio lateris
dorsalis 6—8 in 10 μ ,
puncta separata robusta,
rotunda, striae robustiores, punctatae, punctis robustis, bene distinctis.

C. turgidula Grun.
lat. valvae 10—15 μ ,
striae in medio lateris
dorsalis 8—10 in 10 μ ,
puncta separata angusta,
oblonga, subtiliora, striae subtiliores, punctatae, punctis oblongioribus, $\pm$ confluentibus. (I—II) — fig. 30, 31.

C. ventricosa Kg. var. *Auerswaldii* (Rabh.) Meister (cellf). Fo. vulgarissima huius speciei. Certe ad hanc pertinet solum latere ventrali magis convexo *C. ventricosa* Kg. var. *vasta* Pant. et Greguss, BK. XII. 219, quae formae sensim in formas latere ventrali rectas transeunt. (I) — fig. 29.

C. ventricosa Kg. var. *lunula* (A. S.) Meister non minus vulgaris, tamen ex Hungaria hucusque nondum indicata, sed certum specimina multa auct. Hung. ad hanc var. pertinent. Sec auct. nonnullos cum antecedente identica esset, sed in materia nostra hae formae non confluunt. (I, II) — fig. 34.

**Amphora ovalis* Kg. var. *gracilis* (E.) V. H. Forsan saepe cum sp. et var. aliis confusa. Censeo formam in Hungaria frequentissimam esse. (II) — fig. 35.

**A. perpusilla* V. H. forsam solum var. minima *A. ovalis* Kg. Meister l. c. 194. pro syn. *A. pediculus fo. minor* Grun. et *A. pediculus fo. exilis* Grun. addit, sed specimina sub his nominibus communicata sec. Quint BK. IV. 156 non ad hanc sp. pertinent, nam auct. pro 6—10 μ longit. 18 μ indicat. Pant. Fertő 14 figuram pessimam publicat, quae, si auct. re vera formam veritati convenientem delineavit, certe non ad hanc sp. pertinet. (I) — fig. 39.

Epithemia Zebra Kg. var. *porcellus* (Kg.) Grun. Haec varietas a typo certum distinguenda est, a quo differt apicibus productis vel subcapitatis. Cum var. *proboscidea* (Kg.) Grun. forsam identica est, nam inter duas var. differentia solum in curvatura lateris ventralis invenitur et formas, quarum excentricitas in latere ventrali sub 4 μ est, ad var. *porcellum* (Kg.) Grun. et quarum ultra 4 μ est, ad var. *proboscideam* (Kg.) Grun. adnumerari solent. Haec differentia parvi praetii esse inter var. duas persuasum habeo, itaque justum videtur, has duas var. coniungere. Ceterum ad hanc var. pertinent forsam pro p. (e. c. Mărkus l. c. 141.) vel pro toto *E. Zebrae* Auct. Hung. (I) — fig. 33.

Rhopalodia gibba (E.) O. Müller. et *R. ventricosa* (Kg.) O. Müller. Harum sp. vel melius varietatum vidi exempla permulta in materia (II), quae maxime confluunt. Nam inter duas auct. differentias sequentes indicant:

R. gibba (E.) O. Müller
 longitudo 100—200 μ ,
 latitudo 20—25 μ ,
 costae 6—7 in 10 μ
 auxosporae in mense Iulio,
 inter costas duas 1—2 striae
 punctatae,

R. ventricosa (Kg.) O. Müller
 longitudo 50—85 μ ,
 latitudo 18—25 μ ,
 costae 5—6 in 10 μ
 auxosporae in mense Novembri,
 inter costas duas 1—3 striae
 punctatae.

itaque in habitu et in structura nulla est differentia, nam id tempore evolutionis auxosporarum naturalis est! — Itaque has formas solum ex dimensionibus distinguere possumus. Ego mensus sum multas ex quibus e. gr. nonnullas hic enumero

longitudo 64, 76, 86, 98, 100, 106, 114, 120, 124, 148, 152 μ ;
 latitudo 20, 22, 25, 22, 22, 24, 24, 20, 22, 20, 22 μ ;

ex quibus datis excellit ut formarum longitudo sensim transit alter in alteram, et latitudo — id est altitudo frustuli, nec latitudo valvae (nam in sp. generis *Rhopalodia* semper solum facies pleuralis est visibilis) circiter constans manet. Qua de causa has formas solum variationes temporales esse persuasus sum et differentiae in dimensionibus frustuli nihil aliud consequentia modus propagationis Bacillaricarum. In hoc solum altitudo frustuli permanet et dimensiones valvae semper reducuntur. Ex his statuere possumus, *R. ventricosam* (Kg.) O. Müller solum variationem temporalem (vel si evolutionem respicimus, var. senilem) esse *R. gibbae* (E.) O. Müller. (I, II).

* *Tryblionella angustata* W Sm. Apices exempli nostri leviter producti sunt, sed forma valvae apud hanc sp. maxime variabilis. (II) — fig. 41

* *Nitzschia amphibia* Grun. Inter formas normales inveni specimina typo breviora (18 μ longa pro 20—25 μ), quae certe senilia sunt (fig. 48.). — *Var. acutiuscula* Grun. (Arkt. Diat.: 98) certe non secernenda est, nam apicum forma maxime variat. Inter specimina permulta examinata observavi exempla acuta sensim in exempla obtusa transire. (I, II).

N. communis Rabh. Uti ad hanc sp. pertinet specimen Quintii BK. V. 82, qui formam suam 7 μ pro 4—5 μ latam esse dicit, (I, II) — fig. 40. dubium est.

N. Hantzschiana Rabh. Márkus in l. c. 145 scripsit: „*N. perpusilla* Rabh. [A tőalak Medokis álló vizében. Egy *N. Hantzschiana*-hoz közelálló válfaja a felső gátnál.“ Specimina nostra reperuntur in materia eodem loco lecta, itaque statuere possumus, Márkus hanc sp. vidisse. (II) — fig. 42.

N. dissipata (Kg.) Grun. Sunt autem formae typo (fig. 44.) multo breviores, quarum apex magis productus est. Formae hae sunt variationes temporales typi. (I, II) — fig. 43, 44.

N. linearis (Ag) W. Sm. (celfl.) Aut non ad hanc sp. pertinet, aut figura veritati non convenit *Nitzschiae linearis* Moesz, Brassó (1904): 14, t. IX. fig. 61., qui strias 7—8 delineavit in $10\ \mu$ pro 28—30. — *N. linearis* Pant. Bal.: 114 habet solum 6—7 poros carinales pro 9—12 in 10, itaque certo certius ad *N. rectam* Hantzsch pertinet (I) — fig. 45.

Surirella angusta Kg. var. *pinnata* (W Sm.) Meister. (celfl.) Differt a typo solum apicibus subcuneatis, non latis rotundatis. Sed *Surirellarum* apices praesertim in affinitate *S. ovalis* Bréb. sunt tantopere individualiter variabiles, ut iniustum videtur, ex his characteribus variationes distinguere (I, II) — fig. 32.

S. linearis W. Sm. var. *elliptica* (Hantzsch) O. Müller. (cmfl) Latitudo plantae nostrae relative maior est, quam apud typum, nam longitudo est in ulteriori 3.2—2.5-ter longior latitudine, at in exemplariis nostris solum ter; sed dimensiones non transeunt fines dimensionum absolutorum, nam long. $64\ \mu$ (typ. $60\text{—}100\ \mu$) et lat. $22\ \mu$ (typ. $13\text{—}25\ \mu$). Quamquam autem costae 2.5—3 sunt pro 2—2.3 in $10\ \mu$ certum ad hanc. var. pertinet, nam apud var. seniles specierum generis *Surirella* maxime variabilis est dimensio valvae et numerus costarum. Sp. typicam vidit Márkus in l. c. 143. (I) — fig. 46.

Praeter sp. et var. hic enumeratas in materia nostra vidi sp. sequentes — omnia ab Márkus (l. c.) observata —

Melosira varians Ag. (I, II). — *Synedra acus* Kg. (II). — *Eunotia lunaris* (E.) Grun. (I). — *Achnanthes lanceolata* (Bréb.) Grun. (II). — *Cocconeis placentula* E. (I, II) — *Frustulia vulgaris* (Thw.) Cl. (II). — *Navicula cryptocephala* Kg. (II). — *N. cuspidata* Kg. var. *primigena* Dippel (I), — *N. pupula* Kg. (II). — *N. radiosa* Kg. var. *genuina* Grun (I, II). — *Pinnularia borealis* E. (I). — *Gomphonema capitatum* E. (I, II). — *G. constrictum* E. (II). — *Cymbella lanceolata* (E.) Kirchn. (I, II). — *Amphora ovalis* (Bréb.) Kg. var. *typica* Cl. (I). — *Epithemia sorex* Kg. (II). — *E. turgida* (E.) Kg. (I). — *Nitzschia sigmoidea* (Nitzsch) W Sm. (I). — *N. vermicularis* (Kg.) Hantzsch. (I). — *Cymatopleura solea* (Bréb.) W. Sm. var. *vulgaris* Meister (II). — *Surirella minuta* Bréb. (I).

Ex Instituto Botanico Universitatis Litterarum „Ferenc József“ Kolozsvárensis. — Budapestini. Anno exilii secundo, Aprili, 1921.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Ungarische Botanische Blätter](#)

Jahr/Year: 1921

Band/Volume: [20](#)

Autor(en)/Author(s): Cholnoky v. Bela I. [J.]

Artikel/Article: [Adnotationes criticae ad floram Bacillariearum Hungariae. I. 52-59](#)